

Quid continet exordium?

Exordium discernit Deum a commentitijs numinibus, qualia sunt idola Epicuri et Stoicorum. Tribuit enim Deo et voluntatem et facultatem nos exaudiendi.

Quid continet narratio? 5

Narratio petit a Deo gratias vt veteres loquuntur positiuas et priuatiuas,<sup>181</sup> id est donationem bonorum et liberationem a malis.

Quae sunt gratiae positiuae?

Duplices sunt positiuae gratiae, aliae spirituales aliae corporales. Spirituales sunt tres: I. vera agnitus Dei, id est sanctificatio nominis diuini, II. consolatio et gubernatio Spiritus sancti, quae vocatur regnum Dei, III. obedientia nostra congruens cum voluntate Dei. [96:] Gratia positua corporalis significatur appellatione panis quotidiani. 10

Quae sunt gratiae priuatiua? 15

Priuatiuae gratiae sunt tres: I. remissio peccatorum, II. depulsio tyrannidis diaboli et mundi imo et carnis nostrae, III. liberatio, id est mitigatio calamitatum in hac vita et integra liberatio.

---

<sup>181</sup> Vgl. Thomas von Aquin, Summa theologiae 4, I, q. 2, a. 4, quaestiuncula 3.